

A Syraculis bellum gerentibus contra Athenienses in Sicilia, suavit Ariston quidam Corinthius nauta, uti navium pro-

Metallicarum.

Theodoros Samius primum ferrum fundere docuit, & ex eo signa facere. Cuius opus est Sparte in foro Scias, Umbra-

Pictura, Statuarum.

Apelles de arte pingendi libros scripsit: uti apud Germanos paucis ante annis Albertus Durerus.

Coquinariae.

Fecerunt complures scenarum commentaria, & Timarchidas Rodius libris undecim carmine compositis, vel etiam pluribus, complexus est: & Numenius Heraclotes

Typographicae.

Getmani artem tormentariam, & typographicam univerfo orbi Christiano communicaverit. Egnarius lib. 8. cap. 11.

Machinariae.

Selymo Aegyptium Sultanum everteente, anno 1517. Turcae complures tormentariae artis peritissimos, magnis invitato-

Mediolanenses duo a Lusitanis ad Galecutienses defece- runt, eosque constandorum tormentorum artem vel inviti docuerit.

DISCIPULI MECHANICI.

Olim cum rudes illi praesentique homines, nudi, sine mœnibus, absque tecto, vitam in sylvis agerent, event aliquoties, ut a feris ac belluis offenderentur.

Nauplienses in Peloponneso habitantes de asino memorant, quod atrofo vitis palmite, utarum in posterum ubertorem proventum exhibuerit: & ea de causa apud eos etiamnum videtur asini figura, utpote qui putandarum vitium rationem docuerit.

Graeci de Peris victores, praedaque ditati barbara, artes luctus ministras amplecti cepere. Hinc Horatius:

Pro alio loco mali contagium Romae communicatum scribit: Gratia capta ferum victorem cepit, & artes Intrulit agresti Latine

MECHANICARUM ARTIUM POSSESSIO CONSIDERATA RESPECTU ARTIS: QUI EXCELLUERE IN UNA.

Ex specialibus Artium titulis exempla sumantur.

PLURIBUS ARTIBUS MECHANICIS. De Euphranore Fabius lib. 12. sic ait: Euphranorem ad-

Hic aliquid praclarum Euphranoris, & Polycteli. Phidias initio pictor fuit, pinxitque clypeum Athenis: mox statuarius insignis. Plin. lib. 35. cap. 8.

ARTIFICIS, TUM PER SE QVIS, QUALIS. Huc

Mechanici artifices, & Docti simul. Demades orator naupegeus, & nauta. Vide Tit. Orationum.

Methodius Monachus, & pictor Romanus. Vide Tit. Religionis discipuli.

M. Pacuvius poeta, & tragicarum scriptor, adem Hercules in foro Boario Romae pinxisse dicitur: ut refert ex Plinio Volateranus lib. 12. Anthorop.

Spyridion agricola, & pastor Cyprius, Timethuntis Cypri Episcopus factus est, propter miracula, & vitae sanctitatem. Hic est, qui in Concilio Niceno philosophum quendam invidium brevissima fidei Christianae narratione convertit. Sozomenus lib. 11. cap. 11. & Nicephorus lib. 8. cap. 14. & 42.

Pomponius Latus domum Romae habit in Exquilis permodicam, & vineam in Quiritalis, in qua succisvis operabatur horis, Porcii Catonis, Columellae, & Varronis, quorum studiosissimus fuit, praecpta vel in parvis secutus. Pari studio domi hortulum colere, alereque simul amphibias aves, atque omnifariam cortenses, picari quandoque, aut visco, & retilibus aucupari, comestarique interim ac potare avidius, sub umbra fucularis ripae, aut fontibus accubans. Sabellicus in eius vita.

Jacobus quidam Bononiensis ephippiarius, per intervalla artis suae in studiis litterarum tantum profecit, ut inter doctissimos philosophos connumeraretur. Meminit illius Io. Bapt. Gellius dialogo 3. Chymericarum disput.

Mathaeus Palmerius Florentinus pharmacopaeus, eos per intervalla artis suae progressus in studiis fecit, ut ob obdrtinae excellentiam singularem legatus Neapolim ad Regem Alphonsum missus fuerit, qui ut erat ingeniorum censor summus, Quales ergo medicos, aut, habent Florentini, qui tali pharmacopaeo utuntur? Ioan. Baptista Gellius dialogo 3. Chymericarum disputationum.

Mechanici, & viri Boni. Consule Titulum eorum, qui ab infima fortuna ad summam dignitatem pervenerunt.

Orestes in laude, & admiratione Coloni Micenaei, maritimi fortis fuit Electra, viri quamvis pauperis, tamen optimi & probi, inter caetera etiam haec aefert apud Euripidem H in Electra:

Οὐδ' ἴδ' ἀλλ' ἔτι καὶ Ἀργείων μύθων, Οὐδ' ἄδ' ἄλλοις θυμῶν ἀνθρώπων, Ἐν τοῖς τοῖς ἀνθρώποις οἷον, ἀπὸ τοῦ πῆδον.

Hic vit neque inter Argivos magnus, neque rursus magnificentia aedium turgidus, plebejus existens, optimus inventus est.

Mulieres mechanicæ. Exempla ex Tit. Pictorum, item Textorum, item Vestiariorum, Lotricum, Nutricum, Obstetricum, huc possunt ratione sexus adaptari. Artes enim ha mulierum proprie videntur esse.

Mela descriptor obis, memorie prodidit, in Aegypto mulieres solitas obire munia extra domum, nempe forum, & negotia: viro domi pensa, & curam rei domesticae. Illas humeris onera accipere, vitros capitibus. In Batavia mulieres multum exercent mercimonia, viri potant. Ludovicus Vives de officio mariti.

Mechanici Pauperes, vel Divites. Divitiae per se ad Opulentiam: at respectu ejus, in quo sunt, vel ejus arte mechanica comparantur, ad hunc quoque locum referri possunt.

Zeuxis arte pingendi tantas opes sibi eo paravit, ut in earum ostentatione Olympiae nomen suum aureis intextum literis ostentaret. Postea opera sua donare instituit. Plin.

Reges & Principes qui Mechanicas artes calluere. Ptolemæus Phtadelphus Aegyptiorum rex, in mechanicis inventionibus ingeniosus erat, & sepe, relictis etiam feris negotiis, artificum officinas invilabat, quando Deo Hierosolymitano mensam auream cum aliis donatis elegantissimè operis offerendam curavit. Ioseph. l. 12. cap. 2. Ant.

Demetrius Poliorcetes Asia rex, Graeciae liberator, in fabricandis machinis bellicis (unde cognomen traxit, ut Urbium everfor diceretur) ingeniosissimus fuit ad miraculum usque. Plin. in eius vita.

Nero Caesar habuit pingendi fingendique maximè non mediocre studium. Suet.

Valentinianus Imp. Hadriano proximus in pingendo, simulachra sive cera, sive limo fingendo, nova arma meditando. Cusp.

Albertus IV. dux Austriae fuit architectus ingeniosiss. utpote qui dolare, tornare, ac alia id genus manibus facere, si quando suppetebat otium, mirum in modum gestiebat. Cusp.

ARTIFICUM QUALITAS. Utpote Periti artifices.

Ex Tit. singulis officium & operariorum illustratur. Metallica imperiti.

Indi & metallorum & fustium imperiti, quibus abundenter nesciunt; idecirco rem simpliciter tractant. Strab. l. 15. Pictores imperiti, inepti.

Cum ars pingendi jam ortum duceret, & quodammodo in laede falsitque versaretur, adeo rudi & impolito stylo depinxerunt animalia, ut adscribere ad ea Pictores necessesse est: Hoc est bos, illud equus, hoc arbor. Alian. de Var. histor. lib. 10.

Latus, cum indoctus quidam Pictor ei diceret, Opere rectorio illine domum tuam, ut ipsam depingam: respondit, Minimè: sed tu prius eam depinge, ut illam postea. Antonius Melissa parte 1. serm. 50.

Acron proverbium, Simulare cupressum, docet esse ortum ab imperito quopiam Pictore, qui prater cupressum nihil noverat pingere. A quo cum naufragus quidam petiisset, ut vultum suum exprimeret, ac naufragium suum depingeret, interrogavit illum: Num ex cupresso vellet aliquid adici? Res ea primim in jocum, deinde etiam in adagium abiit. Erasmi.

Inter pictores nullus nominis fuisse Falvium, Rutubam, & Placidianum, in Sermonibus indicat Horatius: Vel cum Pausanias torpes infans tabella, Qui peccas minus atque ego, cum Falvo Rutubaque Aut Placidiam contento poplite miror.

Prelia rubrica picta, aut carbone. Erasmi in Adagiis. In Diodore pictorem inceptum Leonides in 2. Epigram. Εἰκόνα πλυσσῶντο γράφας δίδωμι, Πάλιν ἢ πλυσσῶντο αἴαν ὁμοιωτάτω.

In Menestratum idem ibidem: Τράχας δὲ δαμάσκηνα, Μυτιέρρατε, & πασδάντα, Ἐπίεῖς τίς τῶν ἀπίεῖς τίς τῶν. Τοῖς ἰδίοις αὐτοῖς τιμωροῦν ἀπὸ τοῦ ὄντας Ἐπὶ τοῖς παύσων, δαμάσκηον ἢ ἰδῶν.

In Eutychem Lucilius eodem loco: Εἰκόνα ἠὲ τῶν κατὰ εὐτυχῶν ἴδῶν, Ὅδ' ἔτι ἢ τῶν κατὰ εὐτυχῶν ἴδῶν.

Ad Lycorim de Pictore Martialis Epigr. lib. 1. Qui pinxit Venerem tuam, Lycori, Blandius, puto, pictor est Minerva.

Nauta ignavi, imperiti. Accessit ignavus nauta. Vide Titulum, Tardi in mechanica exercitatione. Cum Romani contra Nabin Lacedaemoniorum tyrannum arma cepissent, Philipem Megalopolitanum dux instructa classe, se qua erat in bellicis rebus alacritate, ejus expeditionis socium praebuit. Verum ut erat navalium re-

rum plane, expers, triremem forte conscendit rimosam. E Quod cum à Romanis & reliquis fuisset sociis animadversum, subijt eorum versum recordatio, quibus Homerus Arcadas navigationis ignatos esse in enumeratione navium testatur. Paus. in Arcad. & Plur. in Philop. Mercature imperiti.

Perfa mercaturæ expertes sub Cyro. Vide Tit. Mercatorum, sub voce, Graeci.

Architecti imperiti, tardi.

Smyrnae urbis pulcherrima mania Melas annis praeterfluit. Ad caeteram structuram etiam portum clausum habet. Sed non parvus error fuit architectorum, qui cum vias inflecterent, cloacas non fecerunt. Quapropter excrementa fluitant, praesertim imbrum tempore, è vasis dimissa. Strab. lib. 14.

Chalcedon in Bosphoro Thraciae dicta est Caerorum oppidum, quod locum conditores eligere necisissent, septem stadiis distante Bizantio, tanto feliciore omnibus modis sede. Plin. lib. 5. cap. ult. Strab.

Ephesus urbs portum habet, quem Architecti ore brevi effecerunt, pariter cum rege decepti. Is Atalalus filius Philadelphus, qui rarus, ingressum navibus onerariis profundum fore, si terra apponeretur, cum portus prius agnostus esset ex aggectionibus à Caystro factis, ori, quod quidem amplum erat, terram apponi iussit. Sed contra quam ratus erat, evenit; nam limus introrium impulsus, fecit, ut totus portus ore tenuis stagnaretur; prius autem affluxus & refluxus pelagi, satis per se limum auferabant, & extorsum retrahebant. Strab. lib. 14. Geographia.

Diphilus architectus tardissimus in perducendis ad finem susceptis operibus. Unde factus adagio locus, Diphilo tardior. Erasmi in Adagiis.

Romanus Argyrus Imp. multa impendit in aedificationem templi D. Genitricis, etiam ex regis thesauris, quum situm ac formam toties variaret, toties architecti, toties extenderet, jam extractum deponeret, jam in sublimis suscitaret. Cusp.

Florentini, anno 1504. novam Pisani nocendi rationem excogitarunt: Arnum fluvium qui Pisas inreduat, à Fagnana turri, quae ad quintum ab urbe lapidem sita est, novo alveo in stagnum, quod inter Pisas & Ligurum est, ducere tentarunt: quo fiebat, ut nihil ex mari per Arnum amnem Pisas vehi posset: & cum pluviae in depressa regione exitum, quo in mare exonerarentur, haberent, urbs quasi in paludis alicujus medio relinqueretur: neque ob Arni trajiciendi difficultatem Pisani deinceps executionibus per colles, commercium inter Ligurum & Florentiam impedire possent: praeterea eas urbis partes, quibus amnis admittitur, ne hostium injuriis pateret, Pisani munire fuissent compulsi. Hoc autem opus maxima pie inchoatum, & longe majori sumptu aliquoquæ perductum, vanum exitit. Nam ut plerunque accidit, hujusmodi res, quamvis mensuris exquisitè demonstrantur, tamen ubi in rem presentem ventum, fallaces inventuntur: quod certissimum nobis, quantum designatio ab ipso opere distet, exemplum praebet. Nam praeter alia complura prius non animadversa impedimenta ex fluminis decursu manantia, dum coarctare eum vellent, erodendo ipse suum sibi alveum deprimebat; stagnique in quod fluere debebat alveus, contra id quod multi architecti aqueque ducenda periti promiserant, Arni alveo altior inventus est. Guicciardus lib. 6.

Fabri imperiti.

Conjicere licet, Sothericum fabrum fuisse quempiam, cuius opera prisicam illam & rudem simplicitatem praesentent, ex proverbio, Soterichii lecti. Nam Romae postea argentea triclina divitibus in usu fuisse, testatur Plin. l. 33. cap. 11.

MECHANICARUM ARTIUM EXERCITATIO CONSIDERATA QUOAD EFFICIENTEM. MECHANICUM OPUS OPERAMVE PRAESTARE, SIBI IPSI.

Antisthenes per forum ferens pernam, cum rideretur ab obviis: At mihi ipsi sero, respondit, non aliis. Laertius.

Ex loco Servorum huc quadam. Illic Servituti, hic Opera Mechanica habetur ratio. Platonis auctoritate fure, alii liberi, alii servi: quorum hi illis serviebant. Sic quoque M. Crassus servos habuit architectos, fabros, fullones, simileque alios, e quorum redempturiam quatuor percipiebat maximum, teste Plutarcho. Davidis regis Ministros ad singula officia, pete ex I. Paralipomenon c. 27. Liberi, conducti mercede. Salomon rex in edificando templo habuit septuaginta hominum millia peregrinorum, qui in regno suo morabantur. Lib. 2. Paralip. c. 2.

FINE M.

Humana vitavariis rebus opus habuit, quas cum singulis singulas acquirere non possent, natura ductu carere colere & societates amplecti cepere, ut quod singuli nequirent, collatis in unum operis efficerent. Ergo qui reliquarum actionum, idem quoque Mechanicarum artium finis est, alius quidam per se, honestas ipsa, alius per accidens, Voluptas scilicet & Vitilitas. Ab honestate Liberales etiam evadunt Mechanice opere, per se licet sordide sint atque viles; ab utilitate vero Mercenaria.

DECLINANDI MALI CAUSA. Mechanica exercere ob Paupertatem.

Menedemus & Aclepiades philosophie student Athenis. Vide Tit. Paupertatis tolerantia.

Invidiam.

Scipio Africanus diu rusticabatur, quod & invidiae pondus detraheret, & iis, qui premi videbantur ab sua gloria, respirare concederet. Plur. in Praeceptis Politicis.

Orium.

Gelo tyrannus educebat subinde rusticatum sicut in expeditionem Syraculanos: quod melior redderetur ager cultura, nec ipsi ex otio deteriores. Plur. in Apophthegm.

CONCILIANDI BONI CAUSA.

Putat ob Lucrum, Quaesum.

Ergolabi, qui mercede conducti operantur: iudicavit, ut qui manibus nec. Hinc omnes operarios xepvntes. Germani pari felicitate vocant Handverchsleute.

Colonus est terra editior, in speciem tumuli seu collis. Huiusmodi duo erant Athenis, alter iuxta Neptuni templum, in quem equites convehiebant: alter iuxta templum Uulcani, qui a foro seu mercatura dictus est. Hinc Colonatae dicti, qui mercede conducerentur, quod illic confisterent, qui conductorem quaerebant. Huiusmodi ferme Svidas. Hinc adagium: Sero venisti, sed in colonum ito, dicebatur in eos, qui post tempus advenirent, aut qui mercede quidpiam facerent. Erasim. in Adagio.

M. Cato intentior ad quaesum, agriculturam in oblectamento potius numerabat, quam in fructu. Emolumenta autem in rebus securis & certis collocans, lacus paravit, aquas calidas, loca fullonibus idonea, praedia, quae pascua haberent, & sylvas nativas; unde magnum compendium faciebat, quibus nec Jupiter posset, ut ipse ait, nocere. Plur. in eius vita.

ACCIDENTIA.

Cujusmodi est Studium et Amor earundem IN GENERE. Vide Initium huius loci de Artibus Mechanicis.

IN SPECIE, Puta.

AGRICULTURAE.

Pete ex Tit. de Agricultura.

PASTORITIAE.

Ex Tit. de Pastoribus, & Pastoritia. VENATIONIS.

PICTURAE. STATUARIAE.

Videatur locus de Pictura, & Pictoribus. Supra tamen nonnulla habet de hoc argumento.

MERCATURAE.

Quare in loco de Mercibus, & Mercatura.

ARCHITECTURAE.

Ex loco proprio. Et sic de aliis pluribus, quarum Studium & cultus reperitur sub locis & Titulis eandem propriis.

ARTIUM MECHANICARUM

ODIUM VEL CONTEMPTUM.

IN GENERE.

Apud Aegyptios cum septem sint hominum genera, Saecerdotes, Bubulci, Subulci, Institores, Interpretes, Gubernatores navales, & Milites: hi postremi Hermotobies & Calafries appelluntur, neque ulli alteri artificio, quam militari, incumbunt, filio discente a patre. Hoc ab Aegyptiis ne mutari sint Graeci, non possum pro certo iudicare, cum videam & apud Scythas, Perlas & Lydos, denique apud omnes fere barbaros, haberi pro ignobilioribus civibus eos, qui artificio discunt, eorumque liberos: generosiores autem eos, qui a manutibus operibus abstineant, praesertim qui cessent ob bellum. Hoc itaque cum ceteri Graeci didicerunt, tum praecipue Lacedaemonii. Corinthi quoque minimi faciunt opifices. Herod. lib. 2.

Otiosum esse, pro honestissimo habetur apud Thracas: agricolatorem vero, pro contemptissimo: e bello atque rapto vivere, pulcherrimum. Herod. lib. 5.

Sybaritae omnes artes, quae strepitum in civitate excitant, repudiabant & eieciabant, ne qua ratione quies eorum interpellaretur. Atheniens.

Inter cetera bona & felicitatem, quae civibus suis paravit Lycurgus, unum fuit copia otii, inquit Plutarch. quibus sordidus artibus erat in totum interdictum. Pecuniam quaerere, quae magno labore & negotio accumulatur, quod jacerent plane sordescerentque devitae, non opera erat. Illoz colebant iis agrum, vestigal penitantes. Venerat quidam Athenas, cum iudicia agerentur. Hic cum intellexisset, quempiam otii damnatum mersum dilcedere, & necessarios qui eum prosequerentur, vicem eius dolere, & graviter angere rogavit eos, qui una aderant, ut sibi ostenderent, quibus ille ingenue noxae iudicatus erat: adeo servilem habebant inceptam in artificis & quaestu distractionem. Tripudia, festi dies, epulae, commorationes in venatibus, in gymnasiis, & ad Lethas, perpetua apud illos erant: nec unquam nisi ab bellum peregre proficiscerentur. Atque in bononensium legato commendatae statuam Laocoontis, quam in Belvedrii vitidaris Julius ingenti pretio coemptam ad loci dignitatem collocat, avertis statim oculis tanquam impie gentis simulacra viruperavit. Iovius in Adriano VI.

Memoriae datum est, eos qui scripturam facerent, ad edilitatem apud Romanos admitti nequiverit. Propterea Cn. Flavius scriba, quia scriptum fecerat, nisi iurasset se scripturam non facturum, ad edilitatem admittitur non fuisset. Alexand. lib. 4. c. 4.

Esseni Judaei nihil inter se mercantur, aut vendunt: sed egent qui quaeque quod habet prebens, refert ab eo, quod ipse non habet: quamvis etiam sine permutatione cunctis liberis sit facultas a quibus libenter accipiendi, quod opus sit. Iosephus lib. 2. c. 7. belli Iud.

Veteres olim mercaturam negligebant, cum frugales adhuc viverent, & suis quique opibus contenti essent. Itaque Hesiodus in epyis, agriculturam summis laudibus extollit: mercaturam non item, veluti luxum, voluptatum & avaritiae famulam. In Graeciam certe post Colchicam Argonautarum navigationem (sive ea herouum fuit, sive, quod verisimilius est, mercatorum) omne genus calamitatum fuit invehitum.

Thebani iuxta legem patriam neminem ad principatum publicae munera admittent, nisi per integrum decennium ab omni mercatura studio destitisset. Alex. ab Alex. lib. 4. c. 6.

Augustus Caesar magna quondam sterilitate, ac difficili La. B. Theat. vita Human. Tom. 1.

Augustus Caesar magna quondam sterilitate, ac difficili La. B. Theat. vita Human. Tom. 1.

A gresser. Tiberius interfici iussit. Flexibile vitrum artifex ille fecerat. Tiberius negari iussit, ne, ut Plin. lib. 36. c. 26. auctor est, aris, argenti, auri metallis pretia detraherentur.

Mesalliani haeretici (alio nomine Enthusiastae dicti) rejiciunt opus manuum: somno otioque indulgent, cuiusmodi demones, quem Spiritum sanctum esse credunt, adventum expectantes. Theod. in hist. Trip.

In specie. Ut puta

Agriculturae.

Torbellius Bulgarcum dux, is qui delatorem praevitatoreque convictum, capitalem esse iussit, vineas omnes imperavit extirpari. Bonfin. lib. 1. Decad. 1.

Domitianus Imp. ad summam quondam ubertatem vini, frumenti vero inopiam, exilium mansuini vinearum studio negligi arva, edixit, ne quis in Italia novellaret: utque in Provincia vineta succiderentur, relicta (ubi plurimum) dimidia parte. Nec exequi rem perseveravit, epigrammate quodam teritur, quo in hircum vineas arrosorem vini amator poeta incertus scripserat. Svetonius.

Venationis.

Fenestella Martialis scriptum reliquit, Perdicem fuisse initio venatorem: cui quum cruentum institutum, & solitudinis studiosa meditatio displicere cepisset assiduis agitata curibus, simulque quod iniretur ejusdem studiosos, Actaona, Adonin, Hyppolitum, pessimo interisse exitio, artis pristinae affectu misisse repudium, atque eo studio desito, agricultura totum se mancipasse: quo nomine terram quasi matrem omnium generitricem, fertur adamasse; quo labore consumptus, ad maciem prolapsus dicitur. Quod vero cunctis venatoribus detraheret, terram veluti lingua vitulentiam dicitur cogitasse. Matrī ejus indidere nomen Polycastem, quod interpretatur Polycarpum, a fructuum numerositate, quo humanis usibus terra patens producit. Celius lib. 29. c. 25. A. L.

Mahometes Amuratis F. contra Caramanum movens, septem millia virorum, qui curabant accipites regios, isto ex ordine deturbavit, nullites esse iussit: etiam canum curatores ab isto officio movit, inquit, sibi dicitur centum viros, qui canes & quingentos, qui accipites curent. Nec se eo stultitiae procedurum, ut velit alere hominum tantam multitudinem propter rem quandam vanam & novam. Chalcondilas lib. 7.

Picturae, Statuarie.

In foro Romano excellens pictura spectabatur pastoris senis cum baculo. De qua Teutonorum Legatus interrogatus, Quanti eam aestimaret? respondit, sibi donari nolle talem vivum verumque. Plin. lib. 35. c. 4.

Hadrianus VI. PP. ornamenta pulvis picturae & statuariae artis nequaquam magnificet, adeo ut Viancio Bononensium legato commendatae statuam Laocoontis, quam in Belvedrii vitidaris Julius ingenti pretio coemptam ad loci dignitatem collocat, avertis statim oculis tanquam impie gentis simulacra viruperavit. Iovius in Adriano VI.

Scriptoriae.

Memoriae datum est, eos qui scripturam facerent, ad edilitatem apud Romanos admitti nequiverit. Propterea Cn. Flavius scriba, quia scriptum fecerat, nisi iurasset se scripturam non facturum, ad edilitatem admittitur non fuisset. Alexand. lib. 4. c. 4.

Mercaturae.

Esseni Judaei nihil inter se mercantur, aut vendunt: sed egent qui quaeque quod habet prebens, refert ab eo, quod ipse non habet: quamvis etiam sine permutatione cunctis liberis sit facultas a quibus libenter accipiendi, quod opus sit. Iosephus lib. 2. c. 7. belli Iud.

Veteres olim mercaturam negligebant, cum frugales adhuc viverent, & suis quique opibus contenti essent. Itaque Hesiodus in epyis, agriculturam summis laudibus extollit: mercaturam non item, veluti luxum, voluptatum & avaritiae famulam. In Graeciam certe post Colchicam Argonautarum navigationem (sive ea herouum fuit, sive, quod verisimilius est, mercatorum) omne genus calamitatum fuit invehitum.

Thebani iuxta legem patriam neminem ad principatum publicae munera admittent, nisi per integrum decennium ab omni mercatura studio destitisset. Alex. ab Alex. lib. 4. c. 6.

Augustus Caesar magna quondam sterilitate, ac difficili La. B. Theat. vita Human. Tom. 1.

remedio, cum venalities & lanifarum familias, peregrinoque omnes, exceptis medicis & praceptoribus, partemque servitorum urbe expulisset: ut tandem annona convalluit, imperum se cepisse scribit, frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum cesserat; neque tamen perseverasse, quia certum haberet, posse per ambitionem quandoque restitui. Atque ita post hanc rem temperavit, ut non minore aratorum ac negotiantium, quam populi rationem duceret. Suet.

Appulit aliquando ad regie Constantinopolitanae portum, navis oneraria pondere sarcinarum gravis, coque usque ad extremum vinculum demersa. Imperator Theophilus superne prospiciens, navemque admiratus, per pedisequum, cujus ea sit, percontatur? Ut Augustae suae uxoris esse cognovit, recens a mercatura redactam, quam ab Imperatrice missi in Syriae partibus fecissent: Si quid sarcinarum in navi haberent, id statim efferre eos iussit, & nihil quod ad Augustam pertineret, attingere. Quo facto, pulsus inde nautis, Graeco igni injecto, navim cum ipsis sarcinis cremavit, Imperatricem maledictis insectatus: Mercaturam, inquit, privatis hominibus esse attributam, ut ea toleranda vitae occasionem habeant: nec mercaturae emolumenta a principibus interceptiunda esse, unde tenuioris fortunae homines victum comparant. Zonaras, & Cedrenus.

Nauticae.

Nautas alloqui non dignantur Aegyptii, si quando fiant obvii, quippe qui ex mari victum sibi parent, in quo Oisiris parens & servator regionis perierit. Plur. in Quaest. conv.

Apud Lacones sanctum erat, nautae essent, vel navalem pugnam committerent. Post tamen mari pugnaverunt: quo postquam sunt portus, rursus ab eo desierunt, quod inde mores civium labefacturi cernerent. Plur. in Institutis. Laconicis.

Textoriae.

Perfides lanificum ut servilem operam negligunt. Vide Tit. Hostium uxores clementer servare.

Cauponariae.

Scriptis Iocrates in Areopagitica oratione: In caupona vel bibere vel edere nullus audebat Athenis: nam dabant operam, ut graves esse viderentur, non autem iocurre. Hyperides in libro contra Patroclum (si modo legitima est ejus oratio) Areopagitas narrat, cum quidam praeus esset in caupona, prohibuisse illum in Areopagum accedere. Athen. lib. 13. c. 7.

Vinguentariae.

Expulerunt Sparta unguentorum artifices Lacedaemonii, veluti, qui oleum corrumpent: sic eos etiam qui lanas inficerent, veluti qui lanarum candorem cognosci non paterentur. Prohibuit & Solon in suis legibus homines unguenta vendere. Athen. lib. 15. c. 14.

Tonfrinae.

Tonfores in Italia ex Sicilia primum venisse anno post cond. Urbem 454. abducente P. Ticinio Mena, testis est Vavro lib. 2. c. 11. de re Rustica: in Asiaticam luxuriam degenerate jam pristina virtute, & in exoticam mollitiem rebus defluentibus. Ante in tonfos fuisse Romanos, statuere antiquorum adsignificant, quarum pleraeque habent capillum & barbam magnam. Primus omnium radi quotidie instruit Africanus, sequens divus Augustus, cultris jugiter usus. Plin. lib. 7. Natur. hist. Tonfores primos habuerunt Syracusae urbs Siciliae. Plinio teste.

DILIGENTIA, DILIGENTES.

Agricolae.

Politorum agri diligentes.

Aginae insulae est regione Attica incolae, Myrmidonas appellatos memorant, non quomodo in fabulis canitur, quod ingenti invalescente pestilentia formicae, Aeaco precante, in homines verte fuerint; verum quia formicatum more, terram fodientes, ad portas transportarent, ut agricolandi materiam haberent; fossas quoque incolerent, ne in lateritiis domibus sumptum facere cogerentur. Strab. lib. 8. Vide Tit. Metamorphoses. varia.

A Ligures, cum continuo agrorum exercitio fatigantur, feminas quoque rustico operi adfuerunt. Operis tum virorum tum mulierum invicem pretio conductis, mirabile unius femine factum contigit, quae praegnans viris opus mercede faciens, ingentibus partus doloribus abcessit inter virgulta, ibique absejuncto infante editum, folisque involutum cum abscondito dimissit, ad opus, nihil de partu locuta, rediit. Sed re ad vagitum infantis cognita, qui operibus praerat, non permisit matrem a labore quiescere, donec tandem infans miseris, praebita mercede mulierem dimisit. *Diod. lib. 4. c. 3. & Strab. lib. 3.*

Erant Milesiorum res domestica seditione concussa. Postremo malorum, quae invicem perpeffi fuerant, fatietate capti, Parios domesticarum contentionum arbitros Milesii fecerunt. Hi quum Milesium venissent, omniaque ruinis oppleta cernerent, campetrem regionem perlustrare se velle pronunciarunt. Ibi si qua praedia nitidiora cultu oculis occurrerent, eorum qui possiderent, nomina perscripserunt: mox in urbem reversi, populoque ad concionem vocato, urbem his administrandam commiserunt, quorum fundos optime cultos invenissent: praefati, videri sibi eos ita publica, ut sua, curatos. Caeteri quorum res incultae repertae sunt, quia seditionum studiosi, propria neglexissent, melioribus patrent. Atque in hunc modum Parii Milesiorum civitatem, utili ad civilem vitam instituentiam exemplo, composuisse dicuntur. *Sab. lib. 8. En. 2. ex Herod. lib. 5.*

B Lyander Lacedaemonius, cum ad Cyrum minorem Persarum regis Artaxerxis fratrem venisset, in hortum ductus, admiratus & proceritates arborum, & directos in quinquecento ordines, & humum subactam, Cyrum interrogavit, a quo essent arbores plantatae, & cujus solertia tam apte dimensae? Cui respondens Cyrus, ait: Atqui ego ipse sum dimensus: mei sunt ordines, mea descriptio, mea enim manu sunt fata. Tum Lyander purpura ornatumque Persicum multo auro intuens, dixisse fertur: Recte, Cyre, te beatum ferunt homines, quoniam virtuti tuae fortuna conjuncta est. *Cic. in Catone.*

C Furius Cerestinus est servitute liberatus, cum in parvo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex amplissimis vicinitas, in invidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis. Quamobrem a Sp. Albino curuli dicta, metuens damnationem, cum in suffragium tribus oportere ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit, & adduxit filiam validam, atque (ut ait Plin.) bene curatam ac vestitam, ferramenta egregie facta, graves ligones, vomeres ponderosos, boves satutos. Postea dixit: Veneficia mea, Quirites, haec sunt, nec possum vobis ostendere, aut in forum adducere lucubrationes meas vigiliaeque & sudores. Omnium sententias absolutus est. *Plin. lib. 18. c. 6.*

Etholonum gente Rom. primus id nomen meruit, quod nullus in ejus fundo reperiri poterat stolo, quia effodiebat circum arboris radices, quae nascerentur è solo, quos stolones appellabat. *Varr. lib. 1. de Re rustica.*

Cu. Tremelius Scrofa, vir omnibus virtutibus politus, de Agricultura Romanus peritiss. a Varrone judicatur: cujus fundi propter culturam juveniorum spectaculo erant multis, quam regie polita aedificia aliorum. *Varr. lib. 1. cap. de Re Rustica.*

Masinissa rex Numidia in agrorum cultura usque adeo excelluit, ut singulis filiis reliquerit agrum decem millium jugerum, omni instrumento ornatum. *Diod. Sic. lib. 32.*

Pompejus Columna Cardinalis, dum praefectura regni Neapol. administratione nomine Caroli V. Imp. Rom. fungeretur, Ullam non longe à maris litore, qua in occasum plaga illa hororum amenitate pernobilis ad Coecii extenditur, citiorum sylva & marmoreis fontibus exornata: in eaque adeo multus erat, ut sua manu agricultura peritissimus & semper purpuratus arbuticulus insereret, spectantesque populo, cum Neapolitanis hororum amenitatem impense studentibus de vario seminum genere, deque oleum nobilium & peregrinorum florum plantatione differret. *Jovius in Pomp. Columna.*

Piscotres, Stuararii.

Didicit Dardalus in Aegypto artes suas, sed brevi magistros superavit. Nam apud Graecos pauciores non fecit statuas, quam apud Aegyptios erant, & in Memphi propylea viscebantur Vulcani, opus Dardali memorabile adeo, ut etiam

statuam apud illos mereretur, & honores divini sint exhibiti: templum enim Dardali longis deinde temporibus magna veneratione in insula quadam juxta Memphis cultum est. *L. Vives in lib. 17. August. de Civit. Dei. c. 13.*

Zexis pictor tanta fuit diligentia, ut Argentinis facturus tabulam (quam tempore Junonis Laciniae dicarent) virgines eorum nudas inopercit, & quinque elegerit, ut quod in quaque laudatissimum esset, pictura redderet. *Plin. lib. 35. c. 9.*

Archecti.

Ex Tir. Magnifici in edificis, exemplarum quadam pertinent, quatenus diligenter huic execrationi incumbunt.

Ramises Aegypti Rex, eo loci, ubi fuit Mnevidis regia, obeliscum erexit longitudine undecens pedibus, per altera cubitis quatuor. Opus id fecisse dicuntur xxx. hominum. Ipse Rex cum subireturus esset, vereturque, ne machina ponderi non sufficerent, quod majus periculum curae artificum denunciarat, filium suum adaligavit, ut salus ejus apud molientes prodesset lapidi. Hac admiratione operis effectum est, ut cum oppidum id expugnasset Cambyses Rex, ventumque esset incendio ad crepidines obelisci, extingui juberet molis reverentia, qui urbis nullam habuerat. *Plin. lib. 36. c. 10.*

De obelisco, qui est Constantinopoli in Hippodromo, sic Graeci commemorant: à basi convulsim, multis à saeculis jacuisse humi: tempore posteriorum Imperatorum receptum Archectum, qui operam suam in eo luxu basi restituendo deserret: illumque, postquam de pretio conventum esset, ingentem apparatus organorum ex trochleis & funibus praefertim instituisse, quibus lapidem illum ingentem erexerit, sublimemque eò exerxit, ut uno tantum digito abesseret à dorso astragalorum, quibus imponi debebat: tum judicasse populum spectatorem, oleum illi & operam tanti apparatus petisse, magnique denuò laboribus & impensis opus instaurandum: ac illum minime diffimum petito à rerum naturalium scientia subsidio, justissime afferri immentam aquae vim; quia multis horis in machinam illam injecta, fines, quibus Obeliscus librabatur, sensim madefactos fineretque, ut eorum esset natura, se contraxisset: ut obeliscum alicui sublatum in astragalos statuerent, magna cum admiratione & plausu vulgi. *Angerius Busequius in Itinerario.*

NEGLIGENTIA. Negligentes Pastores.

Sunt in Apollonia in Ionico sinu facta solis oves, quae interdiu secundum flumen pascuntur, è monte Lacmone per Apolloniatem agrum fluens. Eas noctu stabulantes, in antro non procul ab urbe custodiant delecti viri, & quidem praestantissimi, singulis annis finguli. Ibi Evenius quidam cum aliquando delectus ad custodiendas oves obdormivisset, ingressi antrum lupi circiter lx. oves jugularunt. Apolloniatem adductum in iudicium Evenium condemnarunt, ut quia vigilam edormivisset, oculis privaretur. Quem postquam excaecaverit, mox eis neque pecora ferticavere, neque terra pro consuetudine fructum tulit. *Herod. lib. 9.*

Agricolae.

Romani prisci ex arvo aequè magno, sed malè confito, & minus multum, & minus bonum faciebant vinum & frumentum: quod quae suo quaeque loco sunt posita, ea minus loci occupant, & minus officii aliud ali ab Sole, a clona, & vento. *Varr. lib. 1. c. 7.*

Hortulanii.

Romani prisci dicebant, nequam esse in domo Matrem familias (etenim haec cura feminae dicebatur) ubi indiligens esset hortus. Quippe è carnario aut macello vivendum esse. *Plin. lib. 19. c. 4.*

EFFICACIA. HUC EFFECTUS Multi, Varii, Frequentes.

Dardali recenset multa opera Diodorus, quae in Sicilia dicitur fecisse, cum à Cocalo rege esset humanissime propter ingenii famam exceptus, & in proverbium venit, ut scitè & affabre construat. Dardalum, & Dardalum Graeci vocent. Sic etiam Virg. Georg. 4. de fanis & Dardala fingere tella. & Citen Dardalam nominavit.

Ingeniosi,

A Ingeniosi, Artis Venariae.

Cum omnia, quae fieri vident, imitentur Simia Indiae, & in arbores fugiant, itaque insidant: Venatores catinum aquae plenum in conspectum ponunt, oculoque ex ea sibi abluunt, postea pro aqua posito vitro, discedunt, & is emittit insidiantur. Ubi animal ex arbo descendit, & sese vitro illo illiverit, & convenit palpebrae cohaerent, vivas capiunt. Vel venatores culcos quosdam in braccæ modum induere, abire, persimilibus ibi relictis, in tercis villosis, & vitro illitis: & simias, se his induentes, facile capi. *Io. Metellus ex Strabone.*

Statuarie.

Aristoteles in Politicis Dardali statuas scribit ipsas per se sua opera subsistere: & Plato in Memnone auferere solitas, ni vinciantur. Philippus Comicus (ut Aristotel. l. de Anima prima refert) Dardalum Venaris signum fecisse ait, quod infuso argento vivo moveretur. Palaeplatus ad distinctionem curum & pedum refert, cum statuarii priores pedes non distinguerent.

Alexandria statuit Obeliscum unum octoginta cubitorum Prolaemum Philadelphus, quem exciderat Neftanabix rex partus: majusque opus fuit in devehendo statuendove multo, quam in excidendo. A Satyro architecto aliquid devectum tradunt rate. Callixenus à Paenice: fossa perducta usque ad jacentem Obeliscum è Nilo, naveque duas in latitudinem patulas, pedibus ex eodem lapide ad rationem geminatis per duplicem mensuram ponderis oneratas, ita ut subirent obeliscum pendente extremis lateribus suis in ripis utrinque: postea egressis laterculis allevatas nave excepisse opus statutum. *Plin. lib. 36. c. 9.*

In Olympia Jovis templo, à signifione (quod Phidias fecit) pavimentum nigro marmore constratum est, prominente in orbem è pario lapide pulvinato quasi limbo, ad oleum scilicet sistendum, quo perisum ab aequo iniuria soli ebur defenditur. Est enim Altis, in Olympia maxime palustris locus. At contra in Athenienium arce, eminente scilicet, & saxoso loco, ebur (è qua materia factum est Minervæ signum, quam ipsi Virginem vocant) non oleo, sed aqua asperit à siccoris loci incommodis vindicatur. Epidauri neque oleum, neque aqua adhibita est ad arcendam ab Esculapio signo noxam, quoniam solium, cui signum insidet, puteo imminet. *Pausanias lib. 5.*

Ex Athiopico marmore terrei coloris & duritia (Basaltum vocant) Nili effigies monstruosa in templo Pacis ab Imperatore Vespasiano Augusti dicata, xvi. liberis circa ludentibus, per quos totidem cubiti summi incrementi argentes se annis ejus intelligunt. Non absimilis illi narratur in Thebis delubro Serapis, ut putant, Memnonis statua, dicatur: quem quotidianum Solis ortu, contactu radii, crepare dicunt. *Plin. lib. 36. cap. 7.*

Helopoli in Apis ade simulacrum Demonis fuit, quod faciem in quamcumque partem Sol declinaret, verteret. Id in quacumque statua imitari, non erit difficile, si horologii rationem animadvertit oculis vetricibus ac mola. *Cardanus de Rerum varietate lib. 12. cap. 28.*

Alexandria in templo Serapidis, erat fraudis genus humani: Natura lapidis magnetis ejus virtutis perhibetur, ut ad se rapiat, & attrahat ferrum: signum Solis ad hoc ipsum D è ferro subtilissima manu artificis fuerat fabricatum, ut lapis, cuius naturam ferrum ad se trahere diximus, desuper in laquearibus fixus, cum temperate sub ipso ad libram fuisse possum, simulacrum vi naturali ad se raperet; adeoque affurxisset paululum simulacrum, ut in aere pendere videretur. *Ruffinus lib. 11. Hist. Eccl.*

Picturae.

Athenis inter picturas Stoe porticus, depictus erat Butes quidam, atque ita pictus, ut summa capitis pars cum oculis duntaxat videretur: videlicet ut spectator imaginaretur reliquum corpus regi montis objectu, in quo ingrediebatur. In ejus igitur pictura quoniam non multum operæ sumptusque pictor, proverbio jactati consistit, celebrius quam Butes: de his quae facile perficiuntur. *Zenodot. Erasmi in Adagis.*

Archecturae.

Dion septem turris tanta arte constructas Byzantii commemorat, ut si quis uni in clamasset, aut lapidem immisisset sonitus ex omnibus redderetur aequalis, ita ut ex singulis proprius audiretur. *Cyprian. L. B. Theat. vit. Human. Tom. 1.*

Fabrillie.

Fuissè ajunt in quodam Venetis phano candelabrum, & in eo lucernam sub dio sic ardentem, ut eam nulla tempestas, nullus imber extingueret: unde *Aug. lib. 11. de Civ. Dei. cap. 6.*

Brixalensis Faber scorpionem palmi magnitudine totum ex chalybe sic temperavit, ut mecum uxoris suae occulato sub mantello instrumento occiderit. Sic turò & sine strepitu ac suspitione maximam injuriam ulcisci meditatus est. Idem horologium in annuli gemma constituit, quod mola circumagebatur, & horas indicabat, non solum sagitta, sed idu. Hic idem navim miro construxit artificio, in qua mulier testudinem pullabat, & motu remorum viri rotis suppositis quasi ad concentum agitates remos, navim impellebant. *Cardanus de Subtilitate, lib. de Elementis.*

Nauticae.

Vide supra Titulum, Inventores Nauticae. Subtilis Effectus Artis.

Statuarie.

Callieridem & Myrmedidem fama est curus molitos fuisse, qui muscae alis tegebantur, atque in Sefamo insculpsisse Homeri versus aliquot. *Plut. adversus Stoicos.*

Scriptoriae.

Homeri rhapsodiae tam minutis characteribus descriptae quodam feruntur, ut in luce abscondi poterint. Neque illud mirum, cum Myrmedidis Milesii quadrigae, quarum temoni distichon inscriptum erat, tanta exilitate fuisse ab Aliano tradantur, ut sub alis muscae abscondi poterint.

In intestino draconis 120. pedum longitudine, Homeri Ilias & Odysea anre litteris à quodam descripta in bibliotheca Constantinopolitana olim legebatur. *Vide Titulum, Bibliothecarum.*

Sculptoriae.

Galenus meminit lib. 17. de Usu partium, c. 1. annuli cuiusdam mira subtilitate sculptum in gemma habentis Phaetontis currum cum quatuor equis, frons, lora, dentes anteriores, pedes sexdecim habentibus, sic ut matorum visum effugerent. Et tamen publicis artificum admirabilis esse eo in loco profiteretur.

Compendiosi Effectus.

Cum Scythica regio lignorum sit admodum inops, hoc ab illis ad carnem coquendam excogitatum est. Ubi victimam in sacrificio pelle denudarunt, denudant quoque ossa carnis: dehinc illas in lebetes injiciunt, & subiectis atque succensis ossibus hostiarum, coquunt. Si autem non ad fuerit lebes, omnes carnes hostiarum in alio interum concidunt, & cum aqua commiscunt, atque ossa succedunt. Quibus pulcherrime ardentibus, & viscositate caperibus carnes, ossibus separatas: fit, ut bos se ipse coquat, & item caetera pecora immolata, per semetipsum quodque exillium fit. *Herod. lib. 4.*

CERTAMINA MECHANICORUM

ARTIFICUM.

EJUSDEM ARTIS. Pura PICTURAE.

Cum Rhodum Apelles navigasset, avidus cognoscendi opera Protogenis, fama tantum sibi cogniti, continuo officinam petiit. Aherat ipse, sed tabulam magnae amplitudinis, in machina aptatam picturæ, anus una custodiebat. Hæc Protogenem foris esse respondit, interrogavitque, à quo quæstionem, diceret: Ab hoc, inquit Apelles: arreoque penicillo lineam ex colore duxit summæ tenuitatis per tabulam. Reversio Protogeni, quæ gesta erant, anus indicavit. Ferunt, artificem protinus contemplatum subtilitatem, dixisse, Apellem venisse: non enim cadere in alium tam absolutum opus. Ipsamque alio colore tenuiorem lineam in illa ipsa duxisse, præcepisseque abeuntem, si redisset ille, ostenderet, adiceretque, hunc esse quem quaereret. Atque ita evenit. Revertitur enim Apelles, sed vinctus etubeis, tercio colore lineas secuit, nullum relinquens amplius subtilitatis locum. At Protogenes victum se confessus, in portum devolvit, hospitem quaerens. Placuitque sic eam tabulam posteris tradidit, omnium quidem, sed artificum præcipuo miraculo. Consumptam eam constar priore incendio domus Caesaris in palatio, avide ante spectatam, spaciose amplitudine nihil aliud continentem, quam lineas visum effugientes, inter egregia multorum opera inani similem, & eo ipso allicientem, omnique opere nobiliorem. *Plin. lib. 35. c. 10.*

Apellis equus fuit pictus in certamine, quod judicium

A ad multas quadrupes provocavit ab hominibus. Namque ambitu æmulos prævalere sentiens, singulorum picturas inductis equis ostendit. Apellis tantum equo adhinnivere: idque postea semper illius experimentum artis ostentatur. Ibid.

Olymp. 83. certamen picturæ institutum est Corinthi ac Delphis, primique omnium certavit Pænæus, Phidias ita ut frater, cum Timagora Chalcidense, superatus ab e Phythiis. Quod ipse Timagora vestito carmine apparet. Plin. lib. 35. c. 9.

Mira Zeuxis atque Parrhasius in pingendi arte, iis contentionibus, quas inter se exercuerunt, ostendere. Nam ad utras quas Zeuxis pinxit, aves specie deceptæ advolarunt, ut eas devorarent: Parrhasius autem, cum pictam in tabula mappam, qua tegi pictura in tabula videbatur, ad Zeuxim tulisset: rogavit Zeuxis, ut sublata mappa tandem picturam ostenderet; sed mox errasse se magna mappæ similitudine deprehensum, Parrhasio primam laudem ejus picturæ concessit, falsus, longè majus fuisse, quod se pictorem Parrhasius, quam quod ipse aves fecisset. Fulg. lib. 8. cap. 21.

B ex Plinio. Parrhasius certavit quodam tempore Sami, inciditque in adversarium non multo se inferiorem, atque superatus est. Propositum autem, quod in manus sumperat, erat Ajax dimicans cum Ulyssæ, pro Achilles armis. Victus, urbanè respondit: quidam condolentur ex familiaribus, se quidem parvi pendere victoriam: condolere potius filio Telamonis, qui in eadem re bis jam adversario fuisset inferior. Elianus lib. 9. de varia historia, ex Theophrasto.

De pictorum duorum contentione de sua arte sic scribit Henricus Stephanus: Inter pictores orta est contentio doctorum. Edere possit uter doctius artis opus. Potantem hic, alind facientem pinxit at ille: Iudicis ante oculos sistit uterque sum. Qui postquam illius tabulam perviderat: Equid, Tam bene picto homini vox nisi desit? ait. Tunc alter, convictor evans: Quid desit istum? Norimbergæ convenerat festo die Pictores contribules, C et ut sic inter pocula, suæ quisque artis commendabat industriam. Tandem ad provocationem accessit æmulatio. Et alii quidem alia artis ingenia proferebant. Albertus Durerus, quod satis constat, atpreto carbone libera manu circum in tabula descripsit, circinoque mox adhibito omnibus partibus exactè delineatum ostendit. Erat inter eos, cui præter colores parum suberat artis: hic et ipse suæ artis speciem peritulum edere jussus: Imparatum se in præfens, respondit, deliberationem in proximum diem festum petiit. Ubi is advenit, circumfusus spectantem cæceti, eoque suæ ineptiæ symbolum ostenturus effere sine loculum depromit, aureos aliquot forenos in mensa feriatim, sic ut alter alteri incumberet, exponit, mox una manu omnes semel sublatis recipit, & hæc mea est linea, inquit, ne in superficie tantum coloribus inquinanda me occupatum putetis, circulo illo tuo, Durerè, vel cujusvis ex plebe judicio longè præstantior: quam crassam licet nullus vestrum sua subtilitate, quantum video, assequi potuit, poteritve.

STATUARIE.

Agoracritus Parisi et Alcamenæ Atheniensis Phidias: Dificipuli certaverit inter se in Venere faciendâ. Vicirque Alcamenæ non opere, sed civitatis iustitiam, contra peregrinum suo faventis. Quare Agoracritus ea lege signum suum vendidisse traditur, ne Athenis esset, & appellasse Nemesim. Id positum est Rhamnunte pago Atticæ, quod M. Varro omnibus signis prætulit. Plin. lib. 35. c. 6.

Venere in certamen laudatissimi statuarii, quanquam diversis ætatibus geniti, quoniam fecerunt Amazonas, quæ cum in templo Ephesæ Dianæ dicantur, placuit eligi probatissimam ipsorum artificum, qui præfentes erant, iudicio: cum apparuit eam esse, quam omnes secundam à sua quisque judicassent. Hæc est Polycleti, proxima ab ea Phydias, tertia Cretilæ, quarta Cydonis, quinta Phragmonis. Plinius lib. 34. c. 8.

TEXTORIE.

Arachne Lydia virgo lanifici peritissima, Minervam in certame provocavit, à qua in bestiolam, quæ araneola dicitur, conversâ est. Ovid. lib. 6. Metamorph.

MESSORIE.

Lityrses nothus Midæ regis, cum ageret in Cæcænis Phrygiæ, exceptos eos qui advenissent, compellebat, ut secum meterent, deinde præfatis capitibus, reliquum corpus manibus involvebat. Idem instituit, ut in honorem Midæ Theoricis, id est, ætivism aut melioris hymnum caneretur: unde ductum proverbium, ut quoniam ex animo canerent, aut qui coacti canerent, hi Lityrsam cantionem canere dicerentur. Meminerunt in Calchedonia: Æsopa, ut supra in de Æsopiis. Meminit hujus fabulæ Julius Pollux lib. de rerum vocabulis, cap. de æquorum idiomis: sed hoc novat, Lityrsam lotis cadere solitum, quos metendo viciisset: sed quum aliquando incidisset in mesorem se robustiorem, ab eo trucidatum fuisse. Quosdam autem auctores esse, Herculis manu perisse: proinde cantionem eam ad patris desiderium leniendum fuisse receptam. Lityræ meminit & Theocritus. Erasmus in Adagiiis.

VENATORIE.

Crathlinthus Scotorum, & Thelargus Pictorum reges, avitum sedes renovarant. Picti quidam ad regem Crathlinthum venandi cum eo causa in Grampium venerunt. Venabantur Picti suo more, cervos hinnulolque canibus in retia urgentibus, circa prata, secus fluentia, prope saltus, dedita opera locata. Quæ si quando evaserant, sequi arborum ramis operi, quod magis feris ignoti forent, lassos, humi procumbentes, missilibus petebant, & catapultis. Aversari Scoti id venandi genus, quod à veteri suo instituto esset alienum. Propterea ablati plagis, atque, missilibusque, Scotorum more, Picti venari insisterent. Ubi cum eos canes Scotticis, pulchritudine, velocitate, laboris patientia, simul atque audacia longè inferiores animadvertissent: quosdam utriusque sexus à Scotis domo acciperent, alios clam seculum adduxerunt, & inter eos venaticum quendam candore nivalem, eximia pernicitate & audacia, forma elegantem, quem Crathlinthus in deliciis habebat. Regiorum canum præfatus, vi conatus auferre, à Pictis venabulo consilios interit. Tumultuaria inde trixa augete, cæsi sunt ex Scotis sexaginta viri insigni nobilitate, magna cum agrestium multitudine: ex Pictis amplius centum. Hoc initium interlicis belli inter cognatas vicinæ gentes. H. Boethius lib. 6.

FOSSORIE.

Cum Xerxes contra Græcos profectus esset, terra matique ad Eleuntrem Cherfontensis, classis habebat stationem, illicque omnes copie sub verberibus ceperunt Arbon montem redi limite iuxta Sanaam urbem effodere, per vices aliis succedentibus, adjuvantibus etiam in effodiendo accolis, præpositis operi Bubare Megabyzi & Artæo Artachæ filio, viris Persis. Et Barbati quidem cum eadem latitudine facerent os fossæ atque fundum, qui in imo fodiebant, humum effosam assidue tradebant aliis super scælas stantibus, & isti excipientes, tradebant deinceps aliis, dum ad summos perveniebantur, qui illam efferebant, atque abiciebant. Phœnices verò cum duplo latius os fossæ fecissent, quam fundum, expeditis minoræ cum labore humum educebant, coarctante se, processu operis, fossa: sic tamen, ut multi simul nihil secūs opus facere possent. Herod. lib. 9.

DIVERSE ARTIS.

Quum Neptunus atque Minerva, teste Servio, de Athenarum nomine contendere, placuit diis, ut ejus nomine appellaretur urbs, qui munus melius mortalibus attulisset. Neptunus percussio litore, equum animal bello aptum produxit. Minerva jacta hasta oleam creavit, quæ melior judicata fuit, propterea quod est insignis pacis. At Diad. lib. dicit, Minervam non creasse primum oleam, sed inter alias natam arbores primum monstrasse mortalibus, & olei exprimendi modum docuisse. Cicero lib. 3. de natur. Deorum, Aristæo Apollinis filio hoc tribuit, & Diodoros libro quinto; Iustinus libro secundo Atheniensibus. Elianus libro tertio auctor est, Athenis primum inventam esse olivam & ficum. At Silij libro tertio in Lybia. Ferunt mythologi, Minervam, Neptunum, Vulcanum de artis peritia inter se amplius disputare coepisse: atque inibi quidem Neptunum periclitandi causa effinxisse taurum, Minervam verò domuta substruere adortam, à Vulcanæ esse expressum hominem. Eius certaminis arbiter erat Momus: is diligenter singula conspiciat, quid in quoque vitio verteret, operæ non esse retreant homine.

A ne utique id accensur, de buisse architectum Vulcanum pectus ejus effingere fenestratum, ut sic eo planè recluso ac patenti, omnibus perspicuum fieri posset, quid sibi veller, quod medietaretur, verane promerentur, an secus. Celius l. 9. c. 21. Antia. Lett. Adon textrix cum marito Politechno fabro certat. Vide Tit. Emulationes mechanicæ ambiciose. Florum invicem odore colorum accendere Sicyonii, ex ingenio Pausia pictoris, atque Glycera coronariæ, dilectæ admodum illi, cum opera ejus pictura imitaretur, & illa provocans variaret, effecitque certamen artis ac naturæ: quales etiam nunc extant artificis illius tabellæ, atque imprimis appellata Stephanoplocos, qua pinxit ipsam. Idque factum est post Olympiadem centesimam. Plinius lib. 21. cap. 2.

ARCHITECTURÆ, MACHINARIÆ.

Cum Athenis aliquando de Architectis duobus, uter ad opus publicum effundendum præstantior, quæretur: alter differens & festivus, oratione habita, quam commentatus erat de opere efficiendo, permovit populum: alter, qui arte quidem excelleret, sed erat infans, in medium progressus: Atheniensis, inquit, sicur hic dixit, sic ego faciam. Plin. in Preceptis pol.

Diogenes stipendium à Rhodiis habebat annuum. Obfete inde à Poliorcete Rhodo, Callias architectus ab Ataduo cum Rhodium venisset, acroasm, exemplumque protulit muri, & supra id machinam in cathedro versatili constituit, qua Helepolim ad maenia accedentem corrumpit, & transiit intra murum. Hoc exemplar Rhodii cum vidissent, admirati, ademerunt Diogeno, quod fuerat ei quotannis constitutum, & cum honorem ad Calliam transiulerunt. Interea Rex Demetrius Poliorcetes contra Rhodium bellum compatiendo, Epimachum Atheniensium nobilem architectum secum adduxit. Is autem comparavit Helepolim sumptibus immanibus, industria laboreque summo, cujus altitudo fuerat pedum 124. latitudo pedum 69. itaque eam ciliensis & coris crudis confirmavit, ut posset pati plagam lapidis balista immisso pondo 360. Ipsa autem machina fuerat milia pondo 360. Cum autem Callias rogaretur à Rhodiis, ut contra eam Helepolim machinam pararet, & illam, ut pollicitus erat, transferret intra murum, negavit posse. Rhodii periculum servitutis metuentes, & nil nisi civitatis salutem expectandum, procuraverunt, Diogenem rogantes, ut auxiliaretur patriæ. Is primò negavit se facturum, sed postea quam ingenue virginis & ephebi cum sacerdotibus venerunt ad deprecandum, tunc est pollicitus his legibus, ut si eam machinam cepisset, sua esset. His ita constitutis: qua machina accessura erat, ea regione murum perterritus, & iussit omnes publicè & privatim, quod quisque habuisset æquæ, stercoris, lutis, per eam fenestram, per canales effundere ante murum. Cum ibi magna vis aquæ, lutis, stercoris, nocte persulsa fuisset, postero die Helepolis accedens antequam appropinquaret ad murum, in humidâ voragine atque confedit, nec progredi nec regredi potuit. Itaque Demetrius cum vidisset, sapientia Diogenes se deceptum esse, cum classe sua decessit. Tunc Rhodii Diogenem solertia liberati bello, publicè gratias egerunt, honoribusque omnibus eum & ornamentis exornarunt.

D Diogenes autem eam Helepolim reduxit in urbem, & in publico collocavit, & inscripsit, Diogenes è manibus id populo dedit minus. Vitruvius lib. 10. c. 22. Archit. JUDICES MECHANICORUM OPERUM, vel PERITI. DE PICTURIS. Omnes prius genitos futurosque postea superavit Apelles, eoque Olympiade exiit. In pictura proventus, ut plura solus prope, quam ceteri omnes, contulerit: voluminibus etiam editis, quæ doctrinam eam continent. Præcipua ejus in arte venustus fuit, cum eadem ætate maximi pictores essent: quorum opera cum admirarentur, collaudatis omnibus deesse iis unam illam Venere dicebat, quam Græci Charitiam vocant; cetera omnia contigisse, sed hæc soli sibi neminem parem. Et aliam gloriam usurpavit, cum Protogenis July cum, opus immensis laboris ac curæ, supra modum anxie imitaretur. Dixit enim, omnia sibi cum illo paria esse, aut illi meliora, sed uno se præfate, quod manum ille de tabula nec L. B. Theat. vite Human. Tom. 1.

sciret tollere, memorabili præcepto, nocere sæpè nimiam E diligentiam. Fuit autem non minor simplicitatis, quam artis. Nam cedebat Amphioni de dispositione, Aiclepiodoro de mensuris, hoc est quanto quid à quo distare deberet. Plinius lib. 35. c. 10.

Xeuxis cum Helepolim pinxisset, quid de eo opere homines sensuri essent, expectandum non putavit, sed protinus hos versus Græcos ex Homero adiecit: Oδ νέμους σφάδης, η δ κρυμπίδας δρχαίς Τοῖς ἀπὸ γυναικῶν τοῦ τοῦ γένου δρχαί πδρχου, Αἰῶν ἀδαναρῶν δῖος εἰς ἔρα ἔοικεν.

Adeoque dextræ suæ multum pictor arrogavit, ut ea tantum formæ comprehensum crederet, quantum aut Læda cælesti partu edere, aut Homerus divino ingenio exprime-re potuit. Valerius lib. 3. c. 7. Magnam artis suæ fiduciam idem ostendit, cum athletæ, quem pinxerat, in quo sibi ipsi satis fecisse videbatur, carmen inscripsit in hanc sententiam: ἴσον μοῦσῳ ἀδανῶν, ἡ μῦσῳ ἀδανῶν, opus scilicet illud esse, cui facilius præclari possent invidere pictores, quam quidquam imitari. Fulgosi lib. 3. c. 7.

Xeuxis pictor insignis cum Helenam pinxisset, Nicostfratus pictor stupefactus, imaginem intuebatur, sic ut manifestum esset, cum picturam admirari. Accedens itaque quidam, rogabat: Quidnam usque adeo artem eam admiraretur? cui ille respondens: Non, inquit, me rogares, si meos haberes oculos. Elianus lib. 14. de varia historia.

Lysippus pictor atque sculptor insignis, diceret solcibat. Ab omnibus aliis pingi homines, ut erant, à se solo eos fingi. Subtili doctoque verbo ostendens, picturam sculpturamque ad ea extendendam esse, quæ ut oculis conspiciæ res apparent, eas ostendunt: & non ad rerum veritatem, quæ non eminet, & discernatur. Nam pingendi ars non ea est, quæ ipsas res efficiat, verum repræsentat eas tantum, ut res ipsæ nobis esse videantur. Fulgosi lib. 8. c. 13.

Protogenes ex unica lineâ ductu Apellis artem intelligit. Vide Tit. Certamina pictorum. Euphranor Thesea suum cum Parrasii confersens, addidit: Thesea illius rolâ pastum esse, suam carnem bubulam mandisse. Nam revera ille Parrhasii pictus & effectus erat venuste: quod res ipsa indicabat. Euphranotis qui vidisset, G haud illepidè diceret: Strenus Erechta populum, quem aliquando Minerva Filia magna levis nutritivi Plutarchus de Gloria Atheniens.

Andreas Mantinea Patavium pinxerat Patavii in sacello Eremitarum historiam divi Jacobi Apostoli incertis coloribus; quam cum Franciscus Squarzonus ejus magister & pater adoptivus satis commendasset, at colores damnaisset, stomachus Mantinea, sub illa postea pinxit historiam divi Christophori, quæ ibidem pingenda restabat: & in ea non amplius imagines à Rom. statu, ut prius, quas adumbrare tantum licebat, sed à vivis hominibus traxit: quæ quidem vulgò magis probantur, ac longo intervallo prioribus præferuntur; quamvis auctor ipse picturas à Rom. imaginibus extractas, quam à vivis corporibus, magis probaret: hac potissimum ratione, quod statuarii & sculptores antiqui de multis corporibus perfectas ipsorum partes sibi eligebant, absque vitio formandas. Sed qui naturam tantum uniuscujusque viventis imitatur, cum nullum ferè corpus reperiat, quod vitio careat, necesse sit eos, qui ejusdem H naturæ imitatores esse velint, in eodem vitio quoque cum ipsa natura peccare. Bern. Scard. lib. 3. Historie Patavine.

STATUAE.

Phyng de Praxitelis statuâ rectè judicat. Vide Tit. Prudentia mechanicæ pictorum.

Lucius Æmilius, templum Olympicum ingressus, Jovis statuam cum vidisset, præ admiratione stupens, dixit, solum sibi Phidiam videri Jovem Homericum expressisse. Nam se, cum magnam de Olympia expectationem habuisset, majorem expectatione sua ostendisse veritatem. Svidas ex Polybio.

S. Maritæ de Febribus templum extat Romæ in Vaticano, olim Martis, ad sinistra basilicæ S. Petri, rotundum & parvum In eo statua Virginis beatæ mortuum filii tenentis, & lacrymanti similis, ex lapide candidissimo, opus Michaelis Angelii Bonaroti Florentini, pictoris & statuarii excellentissimi.

A Quod cum juvenis etiamnum elaborasset, maturior etate sepe cum indignatione fertur apertisse, quod Virginem matrem vultu juvenulam potius, quam provecctæ etatis matronam emulante, neque filii annis correspondente, finxisset.

Donatellus Florentinus statuarius Graphicen sculptori ad eum necessarium judicavit, ut frequenter discipulis, unico verbo artem se traditurum professus, insufluraret. Designate, eam designationem intelligens, quæ symmetria & optica constat. *Pomp. Gauricus Neap. de Sculptura.*

CULTURA AGRI.

Columella lib. 1. c. 3. scribit, Catonem dicere solitum, eum qui agrum incoleret, nec salubri cælo, nec ferilem, velut commotæ mentis, ad agnatos ac gentiles esse deducendum. *Erasmus in Adagis.*

IGNE.

Anacharsis, qui notabat quædam Græcorum, prunam commendabat, quod foris relicto fumo domum ignem deferrent. *Plut. lib. 6. Quest. convivial. 7.*

ARCHITECTURA.

B Infitienti Alexandro ex arte proficium pelle facere, non est opifex assensus, quod histrionum vocem labefacturum esset. *Plut. contra Epicurum.*

IMPERITI. VEL

PICTURÆ.

Strabon. lib. 14. sic scribit: Ex Protogenis picturis Jalyfus ac Satyrus juxta columnam stans: super columnam perdid erat, ad quem ita homines habant, quum nuper tabula esset posita, ut illum solum adirentur, Satyrum verò contemnerent, quantum perfectissimum opus: augebant admirationem perdidces mansueti, qui a nutritoribus allati, & contra pictum appositi, cavebant ad picturam, & congruè gestabant. Protogenes tem videns præter opinionem evenisse, aditus rogavit, ut deleri avem permitterent: quod & factum est. *Celsus lib. 29. c. 26.*

Pauson pictor equum volutantem se pingere jussus, currentem pinxit. Indignante illo, qui opus fieri præceperat, tabellam invertit, & Pro voluntate ergo satis fac, inquit, qui currentem habere noluisti. *Plu. in lib. Cur Pythia veribus non amplius edat oracula.*

C Appelles perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulam latens, vitia quæ notarentur, auscultabat, vulgum diligentem judicem quam se præferens. Feruntque a Sutore reprehensum, quod in crepidis una intus pauciores fecisset ansas. At cum ille idem posset die superbus emendationis pristinae admonitione, citra crux etiam cavillari aliquid vellet: indignatus Appelles, Ne supra crepidam sutor judicaret, admonuit. Quod & ipsum in proverbium venit. *Plin. lib. 35. c. 10.* Idem Protogeni dignationem primus Rhodi constituit. Sordebat enim Protogenes Rhodiis suis, ut plerumque solent domestica. Percontanti igitur Appelli, Quanti liceret opera effecta: parvum nescio quid dixerat. At ille quinquagenis talentis poposcit: famamque dispersit, se emere, ut pro suis venderet. Ea res concitavit Rhodios ad intelligendum artificem, nec nisi augmentibus pretium cessit. *Idem.*

Alexander Magnus Ephesi suam ipsius imaginem, quam Apelles finxerat, contemplatus, non laudavit pro dignitate picturæ. Quum autem introductus equus adhiñeret equo picto, perinde atque vero: Atqui, o rex, inquit Appelles, hic equus in discernendis picturis longè te meliore judicio præditus esse videtur. *Alimus libro 2. de Variâ historia.*

Megabyzus, quum aliquando picturas tenuit & ruditer confectas laudibus extolleret, alias verò cum summa industria elaboratas reprehenderet, pueri Xeuclidis Meladem tenentes, cum deridebant. Xeuclidis itaque: Cum taces, inquit, Megabyze, nescio quid magni de te tibi pueri hi pollicentur, respiciunt enim ad purpuram tuam. Simul ac verò quid de arte vis dicere, te contemnunt. Parciore igitur & consideratior sis in laudandis, compescens linguam: neque cuiusquam, quæ nihil ad te attinent, opera vel artem colaudes. *Alian. lib. 2. de Variâ hist. Sed hoc ipsum Plin. lib. 35. c. 10.* Apelli & Alexandro Magno tribuit.

Romæ in foro pendebat tabula quædam, habens imaginem pastoris veluti cum pedo. De hac Teutonum Orator rogatus, quanti eam æstimaret? satis barbare respondit: Se nollet sibi dno dari talem vivum, aut verum. *Plin. lib. 35. cap. 4.*

Miserat Alfonso Ferrariz dux ad Michaelen Angelum

Bonarotam, quempiam suorum aulicorum Florentiam, qui E repeteret speciem præclaræ artis, quod in suam fecisse gratiam inaudierat. Humane itaque excepto principali legato Michael Ledam offert, Cigni amplexibus occupatam tum & Dioscurus ex ovo enitentes. Quo viso, quod artis mysteria non intelligeret nobilis, potiora alia aspexit: At verò hæc sunt parvi momenti, inquit. Tum Michael quam artem exerceat interrogat, ex ignorantiam nam ineptum judicium produisse, facile colligens. Urbanæ tum nobilis, quasi non agnitus quis esset, Mercatorem se esse professus est. Ergo hac vice pro tuo domino malam negotiationem exercebis, subjicit Michael: simulque ex ejus se conspecta subducit, & in alios usus artificis manus picturas distrahit. *An. Barvite.*

STATUARIE.

Polycletus, insignis statuarius, eodem tempore duo simulacra fecit, alterum ad arbitrium Plebis, alterum juxta peritiæ artiſque normam. Gratificatus verò plebi hoc modo est. Ad singulorum accessum transposuit, & commutavit aliquid, morem gerens uniuscujusque voluntati & enarationi. Itaque proposuit utrumque. Et alterum quidem omnes admirationi, alterum ludibrio ac risu habuerunt. Respondens autem Polycletus: At hoc, inquit, quod vituperatis & reprehenditis, a vestra arte profectum est: quod verò suspicatis, ego mea facultate sum fabricatus. *Alian. lib. 14. de Var. hist.*

L. Mummius Achaicus tam rudis fuit, ut capta Corintho cum maximorum artificum perfectas manus status ac tabulas in Italiam portandas locaret, jubere prædici conducere, si eas perdidissent, novas eos reddiduros. *Paterculus. Quem vera scripsisse, ex Plinio lib. 35. c. 4. opinantur.*

Apollodorus insignis architectus, cum Romæ præclara aliquor ædificia erigeret, reprehensus ab Hadriano Imp. quasi nescio qua in re peccasset, respondit: Abi potius, & cucurbitas pinge: nam tu quidem ædificandi artem planè ignoras. *Dion. Niceus.*

MACHINARIÆ.

P. Crassus Mutianus Proconul Asiae de malo navis ad gratietem apto impeditè judicat. *Idem. Vide Tit. Ambitio in effugienda infamia ex imperitio objectu.*

COQUINARIÆ.

Dionysium fama est Sicilia tyrannum juris Laconici gratia coquum comparasse, præcepisseque, ut pararet sibi id, neque ulli parceret sumptui: mox gustu offensum expulisse, ac dixisse coquum: Hoc jus parandum, rex, is est, qui Laconice sunt exercitati, & in Eurota laverunt. *Plut. in insitiutis Laconicis.*

Arteria.

Que est bonæ vitalis, seu semita spiritus vitalis.

A Rteria in humano corpore oriuntur à Corde, in quo tres facultates, quibus corpus nostrum regitur, videlicet animalis, vitalis, & naturalis, resident. Deserviunt autem arteriæ virtuti vitali in homine, quomodo naturalis, & animalis, nervi, à quibus venæ sanguinem communcant; arteriæ eum, quem arterialem vocant; nervi, spiritum animaleum deterrunt. Plura de hoc argumento committimus iis, qui de medicina scriperunt.

Arupifces.

Vide augures.

Arx.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

A Rtx ab Arceo nomen accepit, quia arceat. Prohibet hostes, ne accedant. Græcè ἀρξία, ἄρξα. Estque locus urbis altus natura munitus. Alii ab Arcadibus arces deducunt, qui colles munitissimos sub Euanthro tenuerunt. Hebraicè *Missegab* dicitur, quasi altum præsidium, asylum, à verbo *Sagab*, protexit, munitiv altitudine.

ARCES

ARCES MAGNIFICÆ,

Munitæ.

Curtius Babylonis arcem præter cætera miratus, eam vicenarium stadiorum ambitu fuisse prodidit, murorum fastigio octoginta pedes in cælum educto, & in arce pensiles hortos proceritate arborum miraculo visenda, in hisrugiferas quadam octonum cubitorum crassitudine, quinquagenos pedes cacuminibus extantes; quod citra fidem penè sit, tantam arborum proceritatem in aliena terra coalescere potuisse. Hortorum moles viginti & lati parietes sustinebant, inter se undecim pedum intervallo distantes, ut procul visentibus quædam sylvarum species montium verticibus imposita videretur. *Sabell. lib. 3. Enn. 4.*

Persepolis Persarum regia fuit, quam Alexander Magnus exussit. Arcem justæ magnitudinis cingebant triplicia moenia. Quorum primus muri cinctus, magnis operibus extructus, altitudinem habebat sexdecim cubitorum, supraque pinna, quæ ei non parvo ornamento. Secundus priori cætera consimilis, altero tanto altitudinis cum superabat. Tertius murus formam habebat quadratam, & sexaginta cubita in altum erigebatur. Unumquodque quatuor laterum muri portam æneam, & ante eam vallum eidem æneum viginti cubita extans, hoc quidem ad injiciendum aspectu ipso terrorem, illam autem ad firmam loci defensionem, habebat. Ad orientalem partem arcis, mons intervallo ferme pedum quadringentorum distabat, qui regis nuncupabatur, ubi regum inerant sepulcra. Saxum erat ingens excisum, in cuius medio multa facta fuerant domicilia, defensorum regum sedes. Neque aditus quipiam opere factus ducebat in locum eum, sed instrumentis quibusdam sublata cadaverum conditoria illic reponebantur. In ipsa arce elegantissimæ & omnibus rebus instructæ ædes complures viscebantur, ad reges & milites accipiendos. Theauri, quibus servabantur pecuniæ, ingeniose ibidem parati fuerant. *Diodorus lib. 17.*

Alexander Magnus in Bactriana petram Sifimithæ, cuius altitudinem scribit stadiorum quindecim, ambitum octoginta. In superiore parte planam & fræcem, ut viros quingentos alere possit. In ea hostium sumptuosè acceptus est, & Rhozanam Oxartyz filiam uxorem dixit. Cepit aliam in Sogdiane, altitudine duplam. *Strabo 11.*

Messenii cum primo bello creuento matre cum Lacedæmonis pugnant, & magna vi pecuniæ absumpta, jam undè exercitum alerent non haberent, atque etiam servitia ad Lacedæmonios perferunt: omnia oppida, quæ longius à mari abessent, deseruerunt, & in Ithomen montem recessere, in quo castellum erat loci natura egregiè munitum: in quo per viginti annos se strenuè defenderunt. Tandem obfessi à Lacedæmonis, illud relinquere fuere coacti. Lacedæmonii Ithomen solo aquarunt. *Pausanias in Messenicis.* Huic similis Acrocorinthus. *Idem. Vide Tit. Vrbes munitæ.*

In Judæa tres arces munitissimæ fuerunt, Herodium, Machærus & Massada, quarum priores duas, excisis tandem Hierosolymis, Lucillus Bassus legatus à Vespasiano missus in Judæam cepit. Massadam verò Fl. Silla, qui Basso successit. *Iosephus lib. 7. cap. 25. & 27. Belli Jud.*

D Massada castellum Judææ (quod Fl. Silla Vespasiani legatus excidit) adversus hostiles impetus natura simul & manu erat munitissimum, & apparatu copiosissimo instructum. Nam & frumentum multum erat conditum, & quod in longum tempus sufficere posset, vinumque multum & oleum. Insuper autem cuiusque leguminis fructus, & palmulæ conservatæ. Cuncta ibi condita reperit Eleazarus sub initio belli Judaici, castello per dolium cum sicariis occupato, matra, nihilque recens depositis deteriora: quamquam ferè ex quo appaata sunt ab Herode Magno ad excidium à Romanis illarum, centum annorum tempus agebatur. Quinetiam Romani fructuum reliquias in corruptas offendere. Si quis autem causam diruptitatis arcem esse existimet, non erraverit, quod arces altitudine ab omni terra, ac feculenta materia sit remota. *Ioseph. lib. 7. cap. 28. Belli Jud.*

Sub Paryadre montis radicibus Cabira sita sunt, & qui Novus locus appellatus est, petra munita ac prærupta, ad ducenta stadia à Cabiris distans. Ea in vertice habet aquæ fontem uberrimum, ad radicem flumen ac vallem profundam, petreæ altitudo ingens, quare obfideri non potest;

invenibus autem mirificè fructa, nisi quantum Romani diruerunt: circum circa sylvas & montana & sicca, adeo ut intra centum ac viginti stadia castra non patiantur. In ea erant pretiosissimi Mithridatis thesauri, qui nunc in Capitolio sunt à Pompejo dicati. *Strabo lib. 12.*

Arx Neapolitana, quæ nomen ab Ovo ducit, scopulo imposita, olim continenti conjuncta fuit: verum Luculli opera inde dirempta, ponte augusto cum proximo Neapolitane conjungitur. *Guicciard. lib. 2.*

Galeacius secundus Vicecomes sumptuoso edificandi studio, magnificèque operibus Romanæ potentia monumenta luculenter imitatus, Mediolani Arcem Portæ Jovis mira celeritate construxit, quum antea è regione templi maximi, anteriorem curiam vastis porticibus atque cœnaculis, & media latissima area ad equestres ludos admirandam Actianis ædibus adjunxisset. Arx demum in supericlo declivis urbis ad Boream extructa, condecorataque eximii picturis, ita spectantium oculos ad admirationem convertit, ut Franciscus Petrarcha nihil adulatus, Galeacium eo incomparabili ædificio, quum ceteris operibus maximos Europæ reges anteiret, seipsum superasse perscripserit. Spatium F enim quadrate forme ducentorum ferè stadiorum perpetuo muro circumplexus opportunum ad omne genus venationis addiderat, fundis nonnumquam antiquis possessoribus iniquo pretio ademptis, usque adeo impotenter, ut Bartolus & Xilla familia, quum paterno agro pelleretur, injuriam frustra deprecatus, equitanti Galeacio ventrem cultello perferderit, levi quidem insulto vulnere, quod magno casu in ipsam balthei fibulam cuspis incidisset. *Jovius in vita Galeacii 11.*

Est eo itinere, quo Germania ex Italia magnopere aditur, ter mille passus ante Scalam, mons faxeus præcellus, maximèque directus, ad perpendicularium via imminens, in cuius superiore parte ipso in faxo specus cum perennis aquæ fonte natura factum homines concinnaverunt, arcemque parvam ex eo effecerunt, Covolum vulgo dicunt. Ea omnino arx adiri pedibus non potest: tunc autem demisso cum lignea sedecula, singuli homines rota desuper vertente attolluntur: ac quicquid aliarum rerum inferendum est, eodem uno sublevatur, atque in arcem importatur modo. Ei arci iter montem flumenque, quod arcem atque angustiam G vallem dirimit subest, ea, de qua dixi, perixigua sanè via, qua commeatè iis, qui in arce sunt, invitis licet nullis, proterea quod faxis modo ab ea devolutis quoslibet obrui atque interfici nullum negotium est. *Bembus lib. 19. Veneta historia.*

Carolus IV. Imp. in consortium regni assumpto Venceslao filio, ut regi corona, & sanctæ reliquie, in loco maxime firmitate munitoque servarentur, arcem de nomine suo Katolsteynam appellatam, tertio à Praga lapide intra montes ædificavit: addiditque illi duos custodes, unum ex proceribus, alterum ex equestri ordine. *Dubrav. lib. 12.*

Canyenice civitas Moldaviae finitima, divinaque ferè manu inter arduas clivosaque rupes condita, portas solummodo duas habet. Arx quoque natura & opportunitate loci, rupe petrosa undique cincta, quam una cum civitate Smotriez fluvius præterlabitur, fossaque profundissima naturali cingitur. Ars ipsa muro propugnaculi que munita. Civitatem verò rupes altissima, laxata, accessuque ardua inexpugnabilem facit, quam ita suo ambitu includit, ut minime ædium, quamvis eminentiorum, tecta appareant. Sa. H pius ab ea Tartari Valachique & Turcæ cum ingenti strage & dedecore repulsi & fugati sunt. *Guagninus in descriptione Poloniae.*

Beleyezioro, quasi dicas albus locus, ducatus Russiæ, arcem habet natura loci munitissimam inexpugnabilemque, in qua princeps Moschoviz thesaurum suum recondere solet, illicque tempore necessitatis, hostibus urgentibus, velut ad asylum quoddam confugit. Abest autem Beleyezioro à Moschovia centum miliaribus, à Novogardia magna totidem. *Guagninus in descriptione Moschovia.*

Omni potentiam comitatu Tirolensi, Archidux Ferdinandus Austriacus arcem construxit, situ munitam, opere magnificam. Nam in rupe altissima collocata, omnique apparatu instructa, etiam armamentarium habet spatioiosissimum, in quo tanta armorum ac omnis generis telorum vis, ut ex eodem plures cohortes plenè armatæ, brevi temporis spatio possint erumpere. *Ex libris Civitatum Georg. Braunii Tom. 5.*

A Diocles à Medis iustitia nomine rex designatus, iussit eos oppidum condere: atque eo uno communito exornatoque, aliorum non ita magnam curam habere. Obsequenibus igitur Medis, moenia construxit ampla simul & valida, ea qua Ecbatana appellantur, in quibus murus unius alteri in ambitu veluti contiguus erat: sic nimirum constitutus mœnibus, ut ambitus singulis gradatim essent sublimiores, solumque pinnis prominere. Adjuvabat hoc loci ipsius commoditas, qui collis instar erat elevatus. Accessit etiam majus quiddam singulari studio factum: ut ambitus isti numero essent septem contigui, singuli suis distincti coloribus: in quorum postremo regia erat, & thesauri. Primi ambitus pinnæ colore erant albicantæ, secundi nigro, tertii purpureo, quarti castro, quinti sandaracino: postremi vero duo, alter argentatæ, alter inauratæ habebat pinnas. Atque hæc munimentis Deioeces se famaque cinxerat regiam: reliquum vero populum iussit scorum iuxta moenia circumquaque habitare. *Herodotus lib. 1.*

Bonifacius IX. anno 1400. Romæ molem Adriani, quæ diu ante dumis obita, in capratum pascua fuerat destinata, additis circa moenibus, & turri in medio excitata, in eam quæ nunc extat arcem, restituit, Romamque domuit, Vexilliferorum eligendorum potestate illis erepta. *Blondus lib. 10. Decad. 2.*

Fredericus II. Imperator in præcipuis urbibus regni Apulie, & insulæ Siciliæ, innumera splendida curavit extruere ædificia. Inter alia contulit in Brucis civitatem Aquilam, Neapoli arcem Capuanam, turrim & pontem Capuæ, arcem Tranensem: in Thucica arcem Prati, & arcem S. Miniati in rupe edita: consimilem in rupe Cefenæ, Faventia, & Cervia: atque hinc inde Palatia & Tempia. *Collenius lib. 4.*

Fredericus III. Imperator Viennæ & in nova civitate Austria arces magnificè instauravit, ut Sigismundus olim Budæ. *Æneas Sylvius lib. 1. Commentar. in Panor. de Alphonso rebus gestis.*

Alphonso Aragonum rex, arcem regiam, quam Nostam Neapolitani vocant, à fundamento restituit: & ita demum novis operibus ampliavit, ut cum omni vultu possit de magnificentia contendere. *Panorm. de rebus gestis Alphonso lib. 1.*

Ex quo Turcorum rabies Christianorum Imperia occupavit, plures arces adversus eorum insultus, & tyrannidem excitatae fuerunt in regno Hungariae, ac potissimum duæ limitaneæ, Januarium, & Comortia. Prior ad sinistram defluentis Danubii ripam, & Raab dicta; & paludibus, & Danubio cincta.

Proxima est Comortia, quam Ferdinandus I. Imper. eo loci magnis sumptibus extruxit, ad vicinæ Regionis tutelam, in angulo Danubianæ Insulæ dictæ Schuta. Est formæ triangularis, & velut jacentis in solo pyramidis. Cujus ut cacumen sagittatum super longitudine duos inferiores angulos; ita etiam à tribus propugnaculis, quibus munitur, unum illud ceteris amplius est, & sublimius: oppugnavit hanc arcem Turca anno 1594. sed irritò conatu. Ita hoc globos ferteos, singulos xxxvi. librarum, invenerunt, quos in unius propugnaculi oppugnationem impegerat. *Theatrum Crovitarum tom. 5.*

Præter jam dicta, est Arx munitissima quam Ovvar Hungarico idiomate appellant, in superiori Pannonia, loco paradiso, & inaccesso, sex propugnaculis circumdata, & elegantis dispositione firmata, ac numeroso præsidio & machinis aneis instructissima. *Ibid.*

Etiam Vicegradum arx est vetus, in rupe altissima, inter Strigonium & Budam, munitionibus, omnique genere armaturæ validum. *Ibid.*

Neque cedit Arcium multitudinè, munitione, elegantia, Belgium ullis exterarum gentium Provinciis, ut in quo, præsertim durastibus bellis istis civilibus, plures excitatæ. Quibus eminet Castrium Antverpiense, quod Ferdinandus Alvarez Albe Dux & Belgicæ gubernator, armis & bello, quam prudentia & consilio feliciter extruxit, & quinque munitionibus sive propugnaculis, & fossis altissimis, muris denique latissimis, & armamentariis instruxit; tantæ autem est capacitatis, ut mediocri oppidum adæquet, & plura præsidiorum millia capere non solum, sed & in aciem producere valeat. Habet Gandavum, Flandriæ Metropolis, non contentandam Arcem, etiam nuper ædificatam, vetustiorum vero Namurcum in rupe excelsa, & inaccessa.

* In Italia: Mediolanensis arx à Carolo V. instaurata, & E nuper per Comitem Fontanum novis propugnaculis aucta, etiam celebratur.

* Ceterum memorabile & egregium Reipublicæ Venetæ monumentum est, nova illa & fortissima civitas Italæ, & Christianæ fidei propugnaculum Palma, in patria Forojulienfi, ad maris Adriatici ostium nuper anno 1594. ædificata. Novem habet propugnacula, quæ à se invicem distant passibus cc. Fossæ aquis repletæ, latæ sunt passus xxx. altæ, seu profundæ xii. Portas habet tres, & areas spatiosas ix. Turris munitissima in centro, omnes portas & areas respicit. Quæ omnia ex Icone nuper vulgata colliguntur, eamque videre est in *Theatro Civit. Tom. 5.*

ARCES,

Occupatæ.

Quum David omnium tribuum consensu suscepisset regnum totius gentis Israeliticæ, jamque constitisset regiam suam statuere in monte Sion, quæ tum erat arx Hierosolymæ, quam id temporis obtinebant Jebusæi: denunciamur est illi à Jebusæis, non futurum, ut ingrederetur urbem, nisi prius amovisset cæcos & claudos. *2. Reg. 5.* Quidam existimant per contemptum dictum: Huc non ingredieris, nisi sustuleris propugnatores moenium, quibus tonduis sufficim cæci claudique nostri. Hebræi solent fingere fabulas, per quas explicent nodum questionis. Ajunt, in moenibus urbis positæ fuisse duas imagines, Isaac & Jacob: quorum illi legitur cæcutisse senio, hic claudicasse ex luctu cum Angelo. Has idè collocatas, ut essent monumentum fœderis, quod olim pepigerant cum Abrahamo. *Gen. 21.* His igitur sublati, capta est arx. *Erasm. in Adag.*

* Molem Hadriani, quam Castrium S. Angeli appellant, occupavit Borbonius tempore Caroli V. Imper.

* Arcem Vicegradum, & Javarinum, quod Raab vulgò, expugnavit Turcæ, magno Christianorum damno; Sinan Bassa ingentes copias eò adducere, & per Principum Christianorum dissidia, & continua quinque dierum oppugnatione post eversa propugnacula & cuniculos eadem fatigante, Raab quidem obtinuit die 13. Septemb. 1594. & Vicegradum diu ante, quando Strigonium fuit à Turcis expugnatum.

* Joannes Austriaeus, naturæ, corporis, animique dotibus excellentissimus Princeps, qui de Sarracenis prædicti navali prælio commisso triumphavit, à Philippo II. Hispan. Rege ad Belgarum gubernacula missus, anno 1576. gliscente adversus Regem rebellionè ordinum, magno adu arcem Namurcensem occupavit, & ex ea demum res suas stabilite cepit, quod per hanc Regis copias & auxilium in reliquum Belgium aditum passasse videretur, undè mox commissio haud procul inde cum rebellibus prælio, eorum copias fudit, fugavit. *Historia belli Belgici. Supplementum Opmeri per Laurent. Beyerlinck.*

ARCES RECEPTÆ.

Consule locum Stratagematum, Arces recipere. Illic Prudentia recipientis, hic Opulentia receptæ habetur ratio.

Anno 1466. Stochoviae arcis in Prussia, nomine regis Polonorum, contra Cruciferos præfectus Georgius Dambrovius Martinum Sissovicium nobilem Pomeranum, captum, in arce asserabat, quoad se magno ære redimeret. Insinuat is se in familiaritate præfecti ita, ut libertus in arce diversaretur. Erant ibi in præsidio Pomerani Polonis intermixti. Cum his igitur Sissovicus clam de prodicione pactus, cum cogitant haberet angustiam rei frumentariæ in arce, ultro pollicitus est dono aliquantam vim farinæ. Dimissus eam ob rem à credulo præfecto, quatuor curus farina onustos adduxit. His vero quateros expeditos pedites quasi contodia: & præsidii causa adjunxerat. Cum quibus in arcem intromissis, præfectum arcis, & quos de militibus fidos ipsi esse arbitrabatur, adjuvantibus ex conducto Pomeranis præsidariis, comprehendit, & in imam turrim derussit, arcemque in possessionem suam rededit. Poloni arcem oppugnare comabantur. Excurrebant eò quadraginta pedites Joannis Cofelecii Palatini Inovaladislavienfis, sive ut fortunam

A tum tentarent, sive ut aliquid è subjectis agris raperent. Eos Sissovicus ex arce conpacificus, omnibus militibus, quos in præsidio habebat, deductis, persequi instituit. Sacerdotes tantum duo cum ludimagistro & aliquot scholasticis adolescentibus in arce remanserunt, quamvis Pomerani, tamen benignioribus usi Polonis, permoleste ferebant eos per dolam arce excidisse. *Æi ergo solitudinem nacti, occasionem referendi gratiam bene meritis non neglegendam sibi esse rati, portas arcis superioris occluserunt: quoque turris refracta, Georgium Dambrovium cum sexdecim locis castibus venatoris submissis extraxere, & cum his patitur clamorem sustulere: quo consternati Pomerani, cum in arcem se recipere vellent, subeuntesque faxis superè dejectis arcerentur, fortis verò à quadraginta illis pedibus, significatione eorum qui in arce erant, animatis, peterent, correptis & confensis celerimè equis Dambrovii, qui in inferiori arce stabulant, in Stolpeniè ditonem profugerunt. Remunerati à rege sacerdotes & scholastici. *Cromer. lib. 26.**

Antriacus Pisana arcis à Carolo VIII. rege Gallia constitutus præfectus, in credibili Delantia virginis visus amore deflagrans, in ejus gratiam arcem Pisano populo dediturum se promittebat, Pisanos igitur ingens cura conquirendæ pecuniæ magnopere angebat, perloquendum enim erat præcui coemptæ arcis, quod publicè & privatim exhaustis gravissimum erat, quum quadraginta millium aureorum numum summam omnino superaret. Sed tanta erat omnium alacritas pro defendenda libertate, ut ultro nobiles matronæ ornamenta sua, annulos, monilia, fibulaeque zonarum conferrent: quæ omnia Lucia sub pecuniis mercatoribus in mutam pecuniam pignori mittebantur. Tantum enim pecuniæ Pisani vix toto verente anno in bellicos sumptus impenderant, ut nihil jam veteris argenteæ stipellæ usquam reperiretur, & vespigilium reditus multo quam antea deterior facti essent, præventibus eos publicanorum usuris, qui publicam egelabant ab initio præcui pecunia sublevant: adeo ut jam quosdam civis, si bellum foret diuturnum, recuperatæ libertatis peniteret. *Jovius lib. 3. Hist.*

* Anno m. d. xcv. Arx munitissima Vicegradum, quæ Germanis est Plindeburch, ad dextrum Danubii latus, inter Strigonium & Budam, postquam annis pluribus in Barbarum fuerat potestate, à Christianis fuit recepta.

* Urbem & arcem Tergovistam, tormentis, & comætu abundantem, & numerofo Turcarum præsidio munitam, nuper Sigismundus Dux Transylvaniae recepit, fugato Sinanis Bassæ exercitu, omnibusque præsidariis ad interfectionem deletis. *Theod. de Bry, in hist. rerum Hungaric.*

* Munitissimum Hungariæ propugnaculum Laurinum sive Raab, quod anno 1594. mensis Septembris, Sinan Bassa obtinuerat, illustri Baro Schuartenburgio, regio stratagemate intercepta anno 1597. Modò magna sollicitudine adversus Turcarum ferociam custoditur, & eos in officio cohibet. *Theatrum Crovitarum tom. 5.*

* Juliacum metropolis Ducatus Juliacensis arcem habet munitissimam, quamvis ipsa etiam natura loci aliis validioribus non cedat robore, & fossarum munimentis, ædificatam ad formam arcis Antverpiensis. Hanc ab annis 10. aut circiter Mauritius Nassovius longa obfisione præfiam, tandem suæ potestatis fecerat, novisque machinis auxerat, fortique præsidio firmarat. Donec nuper, anno scilicet 1621. Henricus Comes Bergensis, & arcem & urbem, ingravescente annone caritate ex annua penè obfisione, cum nihil inferri deoris ad victum necessarium posset, nomine Imperatoris Ferdinandi, quoadulque de vero illius ditonis possessore per sententiam constitit, recepit, totoque illo territorio potius fuit.

ARCES DESTRUCTÆ.

Sub ipsa Civiliuè dissensionum, quas novum Evangelium in Belgio excitaverat, initia, rebellis populus, quò magis res suas firmaret, Arces, omnes quas munitissimas Ferdinandus Albe Dux extruxerat, deiecit, non obstantibus patris cum Carolo V. Cæsare initis. Itaque anno m. d. lxxxii. Antverpiensis arx, quæ urbem spectabat, pulsus ex ea Germanis, xxix. Augusti, magno Civium, quos paulo ante Hispani rebelles, qui hic in præsidio fuerant, miserè spoliarant, apoplauhu concidit.

Antverpiensès mox secuti Gandavensès, & Ultrajectini, suas etiam arces exciderunt: quòd per eas, velut patiosissimas portas, omnes in Belgium rebellionem & tyrannidem expatiatam clamaverint. *L. Beyerlinck in Supplem. Chronici Opmeri, ad ann. 1577. tit. de Belgio.*

Ascenes, POPULI.

Ascenes ab Ascenas filio Gomer, qui fuit filius Japhet, dictos volunt. Sed variant Auctores, quinam illi sint. Josephus Rheginos, alii Judæos, alii Gothos, alii Germanos eos appellant. Sed constat ex *Hieron. cap. 51.* ubi de excidio Babylonis agit, & de focis gentibus, quibus Medi Imperium Babylonis erant evertura, quòd inter eas numeret Ascenes. Ex quo conjicitur, fuisse populos Asiaticos, Medorum Imperio subditos. *Vide Perer. in cap. 10. Gen.*

Ascetæ.

Verbum est in Justiniani Codice, qui Ascetaria vocat Religiosorum Cœnobia, sive Monasteria, ab *asceto*, quod est mentem divinarum rerum exercitatione occupo, undè Ascetæ quasi contemplativi, aut diuturnis exercitiis dediti, nonnunquam appellantur. *Vide Acta Apost. c. 24. vers. 16.*

Consule Tit. de Religione, mortificatione, & aliis his assibus.

Ascia NECATI.

Quæ Mortis instrumenta.

Asia.

Ars est orbis habitabilis, & à veteribus cogniti, quæ dividitur in majorem & minorem, quam Proponticum vocant alii. Veteres tamen, ut *Strabo*, & *Arrianus*, multifariam dividere. Hodie in quinque partes secundum quos Imperia partitur. Administratur enim à Magno Moscovia Duce: *Chamo* Tartarorum: Ottomanorum Imperatore: Rege Persarum, & pluribus Regibus Indiarum. Quibus adde Regem Hispaniarum, qui plurima loca maritima occupat.

Innumera sunt hujus Partis Insulæ, præcipue tamen Cyprus & Rhodus in mari mediterraneo, Taprobana in Indico, Japonia, & nova Guinea. Celebris est hæc orbis pars ob primas Monarchias, & quatuor illa Imperia tot scriptorum annalibus decantata.

Item in ea genus humanum creatum, corruptum & redemptum est, omnemque ferè utriusque Testamenti historiæ in ea scriptam, & completam legimus.

SCRIPTORES.

Scripti de ea *Strabo XI. libris* Ptolemæus, *Marcellinus, Diod. Siculus, M. Paulus Venetus, Ludovicus Perromannus, & nonnulli alii.*

ASIAE DUCES, REGES.

Vide Tit. de Fortitudine. Item *Magistratum Chronologicè consideratum. in Elencho Regum. Tit. Magistratus.*

MARTYRES ASIANI.

Consule Tit. de Religione, §. Religionis conservatio.

Asinus.

Ab ænis Græcè, quod est Innocuus.

U B I.

Quare loca consideratæ respectu Locati.

SYMBOLUM.

Asinum symbolum esse populi Judaici, jugo legis veteris onerati, & non nisi austeritate, ac flagellis illud deferentes, apud veteres constat: Est enim, inquit Eucherius, animal illud ad onera tantum & labores natum, super quem Apostoli vestimenta sua iniecerat, hoc est, veterem hominem exuere. Idque significatum, ait, per asinum illam, cui Christus insedit. Per asellum quem insedit Dominus, simplicitas fidelium exprimitur, Plebs scilicet quæ Dei notitiam non habebat, quam Christus regendo & prædicando, ad Hierusalem, id est, pacis conspectum, adducet.